

omnes sancti orate pro nobis. ad ostendendum  
 quod ipsi orant pro filio baptizato qui mortuus fu-  
 erat et reuixit. perierat et inuentus est. ut in ve-  
 ra fide trinitatis participet sacramento baptis-  
 mi vel ut deum quem confessus est diligat to-  
 to corde tota mente et totis viribus. Sane agun-  
 tur in quibusdam ecclesijs septene letanie ante  
 baptismum. quod oramus sanctos intercedere pro  
 nobis. ut spiritus sanctus cuius gracia septifor-  
 mis est veniat super aquam baptismi. In alijs  
 aguntur quine dum cathecumini baptizantur ut de-  
 us custodire dignetur quod seculi corpore eorum  
 ne per eos illecebris secularibus incitati purifi-  
 cationem in baptismo acceptam amittant. Tria  
 ne etiam quandoque post baptismum aguntur ut  
 credulitatem trinitatis in qua baptizati sunt. et  
 quam professi sunt toto corde tota mente totis-  
 que viribus diligant. Quidam etiam cantant le-  
 taniam in eundo ad fontes propter spem et in-  
 de redeundo propter rem. et ad notandum quod san-  
 cti orant pro baptizandis ut sacramentum vera  
 fide participant. et pro baptizatis ut in sacra-  
 mento vere fidei percepto confirmentur. In fine  
 letanie fiunt iuxta apostolum petitiones. ut pro-  
 picius esto. parce nobis domine. et obsecratio-  
 nes. ut per natiuitatem tuam. libera nos domine  
 et postulationes. ut peccatores. te rogamus au-  
 di nos. Quid significet cantus post baptismum  
 dictum est supra ubi de canticis agitur. Ceterum  
 in quibusdam ecclesijs in lectionibus et letanijs  
 senes precedunt et iuuenes subsequuntur. vel quod  
 senex seruus scilicet eleazar adduxit rebeccam.  
 ut ysaac iuuenis apprehenderet eam vel quod in bap-  
 tismo iuuenescit ecclesia et renouatur ut aquila iu-  
 uentus nostra. Rursus in quibusdam ecclesijs  
 duodecim lectiones leguntur letanie dicuntur. et  
 earum duodenarius numerus per tres quater-  
 narios clericorum impletur. quibus oratur. ut  
 in baptizandis doctrina capiat apostolorum fide  
 de trinitate et quatuor virtutibus predictorum

**D**e confirmatione. R.  
 In isto loco de confirmatione dicamus. Si  
 quidem post baptismum sequitur spiri-  
 tuale signaculum scilicet confirmatio. que  
 perfectio fiat quando ad inuocationem episco-  
 pi spiritus sanctus infunditur. Baptizatus autem  
 confirmari non potest nisi demum post septem  
 dies post baptismum propter septem dona spi-  
 ritus sancti. que recipiuntur in baptismo. Nam  
 pro singulis donis decet dies singulos celebrari.  
 Alij dicunt quod statim post baptismum est confir-  
 macio inchoanda propter rationem scriptam sub  
 quinta feria cene domini. ubi agitur de olei con-  
 secratione. Nam et clemens primus statuit. ut  
 baptizatus quamcuius fieri possit confirmetur  
 quia non est perfectus christianus qui hoc non ne-  
 cessitate sed in curia aut voluntate omittit. hec  
 frontis crismatio confirmatio dicitur. quia per eam  
 spiritus sanctus datur ad augmentum et roborem. Vnde

cum ceteras unctioes et simplex sacerdos va-  
 leat exhibere hanc non nisi summus sacerdos id est  
 episcopus debet conferre quia de solis apostolis  
 legitur. quorum vicarij sunt episcopi. *quod in actibus lucas*  
 manifestat. Cum audissent inquit apo-  
 stoli qui erant iherosolimis. quia receperunt sa-  
 maria verbum dei miserunt ad eam petrum et io-  
 hannem qui cum venissent orauerunt pro ipsis  
 ut acciperent spiritum sanctum. nondum enim in  
 quemquam illorum venerat. sed baptizati tantum  
 erant in nomine domini ihesu impositionem spiritus  
 sanctum dabant quemadmodum actum apostolo-  
 rum. Tunc imponebant manus super illos et ac-  
 cipiebant spiritum sanctum. cuius aduentus per  
 misterium unctiois designatur. quia columba  
 in qua spiritus sanctus super cristum in baptismo  
 descendit ad vesperum in cathacismo reuertens  
 ramum retulit oliue virentis. cuius utique sacra-  
 mentum dauid propheta prenoscens exhiberari  
 dam faciem in oleo predicauit. Arnaldus etiam  
 perfidi heretici dicentes manuum impositionem  
 siue consolamentum fieri posse a quolibet homine  
 bono obiciunt ad hoc quod premissum est de eo  
 quod legitur in actibus apostolorum quod ananias  
 saulo et simeon et lucius siren. et manaen barna-  
 be et saulo manus imposuerunt qui tamen nec a  
 postoli. nec episcopi fuisse leguntur. Et ex eo quod  
 predicatur. miserunt ad eos petrum et iohannem  
 apparet quod episcopi debent illuc ire ubi sunt qui  
 bus sit necesse manus imponi. cumque illuc venerint  
 orent pro eis dicentes. Emitte in eis septiformem  
 spiritum sanctum. etc. Non enim discipuli da-  
 bant spiritum sanctum sed orabant ut veniret  
 in eos quibus manus imponebant. hoc ergo agit ep-  
 scopalis confirmatio baptizato quod tutor pu-  
 pillo. Quid enim prodest amplam hereditatem  
 filio relinquere nisi ipse vel lex aut pater illi  
 prouideat de tutore paracletus quidem est eius  
 consolator in cristo. custos et tutor qui suadens  
 te diabolo possit sicut et pupillus suam perdere  
 facultatem id est baptismi utilitatem si hunc  
 non haberet tutorem. In confirmatione ergo  
 totius cristiane religionis misterij plenitudo con-  
 pletur. In baptismo namque per spiritum sanctum  
 datur remissio peccatorum. Sic autem ipse spiri-  
 tus inuitatur ut veniat in domum ipsam quam  
 sanctificauit descendere et habitare dignetur.  
 ut ad episcopi inuocationem infunditur. Vnde  
 vrbanius papa inquit. per manus episcopalis im-  
 positionem spiritus sanctus datur. ex quo cor fide-  
 le ad prudentiam et constanciam dilatatur. ut  
 quis plenus sit cristianus. His ergo mun-  
 gitur crismate baptizatus. scilicet in vertice et  
 in fronte. nam et ipsis apostolis bis fuit datus  
 spiritus sanctus. Primo in terra quando cristo  
 exsufflauit in eos dicens. Accipite spiritum san-  
 ctum. Secundo a celo in die penthecostes. sed et  
 ipsi apostoli receperunt spiritum sanctum in bap-  
 tismo. Non enim credendum est ipsos non fuisse  
 baptizatos qui alios baptizabant ut premissum

est. **H**ec ergo duplex baptizantoz vnctio significat. q̄ spiritus sanctus datus est apostolis. semel in terra ad dilectionem proximi. et semel de celo ad dilectionem dei. Vnde ad notandum pulchritudinez donoz spiritus sancti. que in cōfirmacione conferuntur dicitur. **E**mitte in eum spiritum sapientie et intellectus etc. **H**ec sunt vestes quibus induuntur filij regis. **D**e quibus dictum est. **D**edit eis potestatem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius et de quibus dicit apostolus. **Q**uotquot baptizati estis cristuz induistis. **N**on enim habet cristum pro indumento qui domus spiritus sancti quibus cristus ab ipsa conceptione ornatus fuit non est ornatus. **D**iffert autem hec vnctio que fit in fronte p̄ episcopum ab illa que fit in cerebro siue in vertice per sacerdotem. **P**rimo quia sc̄dum Rabanuz in illa signatur super baptizatum spiritus sancti descensio ad habitacionem deo consecrandam.

**I**n hac vero signatur ut eiusdem spiritus sancti septiformis gr̄cia cum omni plenitudine sc̄ditatis sciencie et virtutis venire in nomine declaret. **S**ecundo differunt q̄ per illā que fit in vertice. anima cristo desponsat. **P**er istaz vero datur et dotatur. **I**tem per illam ostenditur vulnera esse sanata. per hanc plenitudo gratiarum confertur. quod ex verbis vtriusq̄ vnctionis potest perpendi. **I**n collacione enim illi vnctionis dicit sacerdos. **D**eus omnipotens pater domini nostri ihesu cristi. q̄ te regenerauit ex aqua et spiritu sancto. quiq̄ tibi dedit remissionem omnium peccatorum. ipse te lineat crismate salutis in vitam eternam. **H**is verbis que est saluacio in vitam eternam. **P**er hanc vnctionem obtineri ostenditur. **S**ed hec verba ensc̄dit episcopus in vnctionem confirmacionis dicens emitte in eum septiformem spiritum sanctum paraclitum de celis spiritum sapientie et intellectus. spiritum consilij et fortitudinis. spiritum sciencie et pietatis. et imple eum spiritu timoris domini et configna eum signaculo sancte crucis propiciatus in vitam eternam. configna inquam ut spiritum sanctum non amittat. in concilio thole. dicitur q̄ nullus debet bis confirmari sicut nec rebaptizari. post oracionem quā communiter dicit episcopus super omnes cōfirmandos si plures sint singulariter cuiuslibet frontem limit in modum crucis crismate. cum pollice dicens cuiuslibet. **I**n nomine patris et filij et spiritus sancti pax tibi que saluatio fit ad nouum hominem qui dignus est saluari propter vite nouitatem et qui secundum deuz creatus est. in iusticia et sanctitate et veritate. **I**nterim enim cum erat vetus non erat saluandus. sed tñ erat p̄ eo orandum. **I**deo autem fit in modum crucis et cum crismate. sicut et omnia crismata cum crucis figura perficiuntur. vt appareat. q̄ est illi per cuius crucem redemptus est. sine quo signaculo nō oportet nos ante deū presentari. **Q**uod fit cū pollice quia ille in cōsecracōne pontificis

ē ad hoc specialiter consecratus vel quia omne datum optimum descendit a patre lumine idō in fronte. quia ibi melius et citius videtur vt sic exterminator angelus videns eū hoc signo munitum ad se non pertinere pertransit. sicut pertransiit domos hebreoz in egipto. vbi vidit vtrumq̄ postem limitum sagume agni. et excussit primogenita egiptiorum in domibus vbi hoc signum non erat. **Q**uid enim est saguis agni nisi fides passionis cristi. vtq̄ postis hoc sanguine limitur cum fidem passionis cristi in corpore et mente gestamus. in corpore per misterium in mente per efficaciam. **I**deoq̄ fit in fronte. quia perfectorum est non in occulto. sed in manifesto cristi nomen semper habere. **H**inc est q̄ ioh̄ h̄anes apostolus ait **V**idi sup̄ montē syon agnū stantem et cū eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. **S**tare enim et in monte et cum agno stare perfectozū est. et perfectio in cōfirmacione datur vt premissuz ē. melius q̄ in fronte infigitur. in quo summus pontifex laminam auream figebat. in qua scriptum erat ineffabile nomen domini. et vt baptizatus libere confiteatur q̄ credit. quia quod corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem memor eius quod dominus ait. **Q**ui me confessus fuerit coram hominibus etc. **S**ubsequenter episcopus confirmatus percutit in facie. **P**rimo vt tenacius memorie teneat se ad hoc sacramentum recepisse. **S**ecundo quia hoc sacramentū datur baptizato ad robur fidei. vt premissum est vt videlicet sit ita fortis in fide in baptismo suscepta q̄ vltius coram quocunq̄ confiteri nomen cristi non erubescat. **T**ercio hec percussio representat manuum impositionez. quoniam apostoli per manus impositionem confirmabant. **Q**uarto ad terrendum malignum spiritum vt fugiat et ne redire audeat sicut fecit beatus benedictus liberans per alapam monachum qui a maligno spiritu verabatur vt legitur in dyalago greḡ li. ij. c. xxxij. **D**uo ergo facit episcopus. **P**rimo q̄ eum vngit in fronte. **S**ecundo quia percutit ipsum in facie. **V**nctio significat augmentū gratie quantum ad actus audaces agrediendi ea q̄ pertinent ad fidem. **P**ercussio vero fit ne vltius confundatur aut timeat confiteri nomen cristi quasi diceret episcopus confirmato. **S**ic ita sis fortis. vt quicumq̄ sic te percusserit. vel quocunq̄ alio modo tibi confusionem fecerit pro eo cristi fidem confiteris tu in his omnibz non erubescas. **P**ercussi enim in facie erubescere solent. **S**imiliter etiam fit alicui et propter eaz causam militibus nouis. fieri potest confirmacio in campo. melius tamen fit in ecclesia. aut in atrio ecclesie. **I**n burcardo li. iij. c. episcopus **I**n concilio aurel. statutum est ut sacramentuz confirmacionis a ieiunjs et iuuenibus perfecte etatis. puta. xij. vel. xv. annoz seu adultis motis. prius peccata confiteri conferatur hodie

quam citius potest. hoc fiat ut premissum est.  
 Crismato autem aliquo panno albo frons illius  
 circumcingitur ne recens vinctio defluat aut de  
 leatur. et septima die deponitur sicut supra vbi  
 agitur de baptismo dictum est. Et in concilijs bel  
 uaceni dicitur qd panno crismalis quo caput pu  
 eri in fronte per episcopum uel in vertice per  
 presbiterum crismati circumcingitur. potest ite  
 rum super alium baptizatum imponi. Item non  
 confirmatus non potest alium tenere in bap  
 tismo vel in confirmatione. nec vir et vxor. uel con  
 sanguineus. vel etiam plures teneant confirmā  
 dum prout in baptismo dictum est.

**D**e officio huius diei. R.  
 Septimo loco de missa huius diei dicen  
 dum est. In qua quidem plura sunt  
 notabilia. Primo qd ante missam alta  
 ria cooperiuntur. quod fit quia iaz ec  
 clesia incipit resurrectionis prelude celebrare.  
 Magna enim pars huius officij ad illam perti  
 net et in resurrectione christus qui per altare sig  
 nificatur. stola corporis indutus est. Item mini  
 stri altaris preciosis et splendidis sunt vestib9  
 decorati. ad significandum qd neophiti sunt in  
 dumentis virtutum ornati. Item missa ideo nō  
 cantatur solito more. quia in ea non dicitur in  
 troitus qui est caput missae. eo qd ille qui est cas  
 put et principium nostrum subtrahitur et in  
 sepulchro silet. et nocte resurget. omis licet re  
 surrexisset. tamen a suis nesciebatur. Vñ cū ma  
 ria magdalena inuenit monumentum vacuū cre  
 didit eum esse sublatum. Hac enim die et in vi  
 gilia penth. seruam9 antiquū ecclesie more qui  
 fuit ante papam celestinum secundum. quem in  
 troitus in missa non dicebatur. sed a kyrieleyson  
 incipiebatur. Incipit a kyrieleyson officium.  
 quod est quedam vox leticie. De hoc qd neophi  
 ti sunt renati. rogat ecclesia vt dominus eos in  
 nouitate conseruare dignetur. Omnia enim que  
 dicuntur vsq; ad euangelium ad eos referuntur.  
 Sequitur. Gloria in excelsis deo. quod ideo cā  
 tatur. quia par data est renatis. que ab angelis  
 nunciata est in nocte natiuitatis. Cum ergo ipsi  
 renouati sint gracia dei possunt cantare cum an  
 gelis. Secundo ideo quoniam angeli qui primo  
 illud nato domino cantauerunt pro renatis in  
 baptismo gloriā. Tercio quia resurrectio xpi  
 proxima est. ideo dicitur ille angelicus cantus.  
 et cum ipsis angelis chorus exultat personanti  
 melodia et campane siue signa etiā concrepant  
 que hactenus fueremuta. Collecta etiam de  
 renatis manifeste est que est. Deus qui hanc  
 sacratissimam noctem gloria dominice resurrex  
 tionis illustras. cōserua in noua familie tue p  
 genie spiritum adopcioni quem dedisti nō.  
 Cui premititur. dominus vobiscum et non par  
 vobis. vt iam dicitur. Similiter epistola res  
 fertur ad eos videlicet. Si conurrexeritis cū cri  
 sto. que sursum sūt querite vbi christus est in dex  
 tra dei. ad colocen. in. c. quasi diceret resurrexi

stis in baptismo a peccatis sicut christus resurre  
 xit ab omnibus infirmitatibus suis. Sed ad qd  
 debet laborare resurgentes et nisi ut ea que sur  
 sum sunt optineant. ideo adicitur. que sursum  
 sunt sapite. non que super terraz. id est celestia  
 non terrena vobis sapiant. Et additur. mortui  
 enim estis. et vita vestra abscondita est cū cri  
 sto in deo. mortui enim estis peccato. et mortui  
 estis vobis ut iā non vobis s; domino viuatis.  
 Sicut dicit apostolus. viuo ego non ego. sed  
 viuio in me christus. Vita autem nostra abscondi  
 ta est in deo. ideo quia nondum apparet quid fu  
 turi estis. sed cum apparuerit christus vita. appa  
 rebitis cum christo in gloria. Ecce ad quid debet  
 ant tendere neophiti scz vt sint et appareant cū  
 christo in gloria ad quam representandam mini  
 stri altaris solemnes vestes induunt. vel ut re  
 natorum stolam innocencie demonstrant. In epi  
 stola vero baptizati instruntur. Post episto  
 laz sequitur alleluia quod est vox angelica siue  
 canticum angelorum. sicut ostendit iohannes  
 in epistola dicens. Audiui quasi vocem tubarū  
 multarum in celo dicentium alleluia quia ange  
 li gloriatur ppter baptizatos a dyaboli serui  
 tute ereptos. et ad fidem conuersos. Et dicitur  
 alleluia sine graduale. ad significandum qd ca  
 put nōm quiescit. vbi enim est quies ibi non est  
 motus. vbi autē non est motus. ibi non est ascē  
 sus de gradu in gradum. quod significat gra  
 duale. Ideo autem graduale non dicitur. quia  
 baptizati nondum per opera in virtutibus gra  
 dum fecerunt. Dicitur etiam tractus. qui signi  
 ficat pacenciam. per quā expectare debent glo  
 riam sempiternam quam sequens sabbatum in  
 albis representat. In quo sabbato non cantatur  
 graduale. quia non est necessarium bonum op9  
 uel tractus. quia nec pacencia. sed duplex alle  
 luia. pro duplici gloria scilicet anime et corpo  
 ris. de hoc sub ti. de septem diebus post pascha  
 dicit. Et preter morem ante tractum ponitur  
 alleluia. quod est quedam vox leticie. ad notan  
 dum leticiam neophitorum quaz habent de spi  
 rituali nouitate. Sed qz graues sunt labores  
 vie sequitur tractus qui dicitur a trahendo.  
 Ad idem tamen inuitantur neophiti in versu al  
 leluia. et in tractu videlicet ad dei laudem. Nam  
 alleluia sonat laudate dominum. Et in versu al  
 leluia dē. Cōfitemini domino id est laudate do  
 minum et additur causa. quoniam bonus est in  
 se et in nobis cum quibus misericorditer et be  
 nigne egit dimittendo peccata in baptismo.  
 Et cātatur tono resurrectionis scilicet octauo.  
 Sed quia effectus benignitatis posset esse ad  
 tem pus. ideo subditur. quoniam in seculum  
 misericordia eius. ad idem etiam inuitantur in  
 fctū. scz. Laudate dñm omis gētes. qm confirmata  
 ē rē. reuera firmat nra q in eternum durat.  
 sicut in versu alleluia dictum est. Nec antē duo  
 scz misericordia et veritas in psalmis iunguntur.  
 ut nec misericordia iniusta. nec veritas iniusta.